

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Lasciuia d
cum fontibus proximo et primo

Si uolumus,
magna sepe intelligemus ex paruis:
ex oculorum intuitu, ex remissis aut contractis superciliis,
ex mesticia, ex hilaritate, ex risu, ex locuzione,
ex contencione uocis uel submissione,
et ceteris similibus facile iudicabimus,
quid eorum apte fiat, quidue ab officio discrepet.

Tullius in rhetorica.

Itaque ut in fidibus musicorum aures uel minima sentiunt, sic nos,
si uolumus esse acres uitiorum animaduersores,
magna sepe intelligemus ex paruis:
ex oculorum obtutu, ex remissis aut contractis superciliis,
ex mesticia, ex hilaritate, ex risu, ex locuzione,
ex contentione uocis, ex summissione,
ex ceteris similibus facile iudicabimus,
quid eorum apte fiat quidue ab officio discrepet.

Pseudo-Guillemus de Conchis, *Moralium dogma philosophorum*,
Conclusio operis (J. Holmberg ed., p.73, ll.3-8).

Itaque ut in fidibus musicorum aures vel minima sentiunt, sic nos,
si acres ac diligentes <iudices> esse volumus animadversoresque vitiorum,
magna saepe intellegemus ex parvis.
Ex oculorum obtutu, superciliorum aut remissione aut contractione,
ex maestitia, ex hilaritate, ex risu, ex locuzione,
ex reticentia, ex contentione vocis, ex summissione,
ex ceteris similibus facile iudicabimus
quid eorum apte fiat, quid ab officio naturaque discrepet.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1.146 (M. Winterbottom ed., p.61,
ll.1-8).